



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum**

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

**Lanuza, Jerónimo Bautista de**

**Antverpiæ, 1649**

§.15. Proiecit Christus, vt bonus Index pecuniam: non eo proceßit, vt talem puniret pollutionem, qualem nemo in Templo futuram suspicaretur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53104](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53104)

mittit, vel dolorem exiguum, quandam uelicio-  
necessitatem, & illorum infelicitum bonorum  
indigentiam. Quid dissolutiones vestre, quid  
carus lasciuie merebantur? Quid horrenda ve-  
stra pericula? quid infanda vestra adulteria? Quid  
perpetua Dei eiusque diuine legis obliuio? Per-  
pende, quibus te tot criminum reum castiget &  
vide an pena conueniat, qua te flagellat, tot  
culpis, quibus Dominum offendisti?

Porto perpende quam siue vlla mensura suam  
tecum extendat misericordiam. Quo vsque acce-  
dit? Secundum altitudinem caeli a terra, &c. quam  
nobilem tibi concessit essentiam? Animam quam  
illustrem? quibus, precor, donum fidei metu-  
isti? quid habet Deus quod tibi non dederit? Cae-  
los tribuit qui tibi dent insuetas terras, quae  
te sustentet, fructus, qui te nutrant, Angelos tui  
custodes, Apostolos tibi praedicatores, Sacerdo-  
tes qui te a peccatis absoluant, suum tibi propi-  
nauit sanguinem, vitam largitus est, & indulgit  
redemptionem. Omnia, vstra sunt, (aitbat A-  
post. 3. 23) siue Paulus, siue Apollo, siue Cephas, siue  
mundus, siue vita, siue mori siue praesentia, siue fu-  
tura, Omnia enim vestra sunt. Considera, num  
misericordiae suae finem in tuum extendat bene-  
ficium? Vide num boni noueris aliquid, quod  
tibi non dederit, vel promiserit. Perpende, num  
terminum finemque habeat tuorum indulgentia  
peccatorum, haec & misericordiae, & hoc anno,  
& praeterito, quotquot commisit misericordiae re-  
miserit: Si veniam desideres, illam tibi benignis-  
simus offert. O benedicta sit talis tantaque Dei  
misericordia.

S. 15. Projicit Christus, ut bonus Iudex pecu-  
niam non eo processit, ut talem puniret pol-  
lutionem, qualem nemo in Templo futuram  
suspicaretur.

**E**ffudit de: Evertit pecuniam & solo prostra-  
uit. O iustum iudicem, qui nequa non af-  
ficatur pecuniae, sed & ipsam execratur, &  
excipit ut inimicum, ut pestem, & licet cumu-  
los videat ducatorum ac regalium aureorum,  
non solum illum hi non cohibent, sed ipsos etiam  
solo prostrant, quasi qui habeat illos ut hostes  
insensibilissimos. Hic praesentia hic in iustitia gubernabit.  
Siue iustitia vita haec traduci non potest, nec bo-  
nus est iudex qui illam non obseruat. Aduertunt  
I. Rex & iu-  
stia so-  
ciantur.

Evangelicus mundi proponens desiderium, quod  
flagrans aduentum filij Dei postulabat: sic eius  
nomine exclamat: *Rogaturus sum de super, & nubes* Isa. 45. 2.  
*pluam insum, &c. & iustitia oratur simul.* Et  
Hieremias quasi seruationibus hic Deus. rel-  
ponderet desiderijs, sic eius nomine promittit  
vaticinans. *Eccis dies veniunt, & suscitabo Dauid* Hier. 23.  
*germen iustum, & regnabit Rex & sapiens erit, &*  
*ficiet iudicium & iustitiam in terra.* Quam pri-  
mum Salomon regni suscepit gubernacula actus  
ostendit iustitiae: & primus qui emulit ut regis  
huius probaret virtutem in hoc ostenditur: *Vide-  
runt enim sapientiam Dei esse in illo ad faciendum in* 3. Reg. 3.  
*iudicium. Iustitiam via bona facere iustitiam. Rex* 28.  
*qui iudicat in veritate pauperes, thronus eius in a.* Prov. 16. 5.  
*terminum firmabitur.* Promisit Propheta Isaias ven-  
turum Messiam, qui Rex esset, & suis cuncta 14.  
ponderibus libraret aequilimus. *Eccis in iustitia* Isa. 32. 1.  
*regnabit Rex. Ut autem hoc faciat Rex, quid er-  
rit expedient? ut non solum non afficiatur pecu-  
nia, sed ipsam exhorreat, & solo prostrat. Di-  
vine plane dixit hoc lethro foer Moysi, licet in-  
fidelis. Provide de omni plebe viros potentes, & Ex. 18. 11.  
timentes Deum, in quibus sit veritas, & qui ode-  
runt auaritiam.* Eleganter bonorum iudicum ap-  
Index o-  
ponit condiciones: homines ut sint potentes, detur  
diuites quos nulla premit necessitas vile quid pauciam ut  
trandi, nec eius gratia ad lucrum magis, quam hostem.  
ad iustitiam desistant oculum. *Viros potentes,*  
*Timentes Deum, qui seiant futurum aliquem, qui*  
*rationem ab eis exigat, & ad trutinam reuocet*  
*iudicij id quod iudicauerit, illud quod absolue-  
rint, quodque condemnauerit. Viri, qui parum*  
*est quod non sint amici pecuniarum, in super de-  
beant illas exhorrescere, & velut capitalem ius-  
titiae hostem execrari. Qui oderunt auaritiam.*

Quilibet autem illud execratur, quod est ar-  
tis suae fini contrarium, Medicus tota hostilitate  
impugnat infirmitatem, saluti contrariam, quam  
praetendit conatque introducere: Qui digni-  
tatem ambit, illud odit omne, quod sibi credit  
esse obstaculo. Quod iustitiam impedit, & illi  
communiter manus constringit, oculos excec-  
cat, corque pervertit, pecunia est: bonus iudex  
necum illam debet non amare, sed & detestari.  
Quis hoc melius quam Isaias explicauerit? *Qui* Isa. 35. 15.  
*projicit auaritiam ex calumnia, & excussit manus*  
*suas ab omni munere, &c. & in excelis habita-  
bit, munimentum saxorum sublimis eius, &c. Ille*  
*qui munita rejicit, & manibus suis iniecta for-  
tus excutit, quasi in sinum suum qui viperam*  
*iniecisset: talis sit oportet aequilimus iudex. In-  
trudunt manibus tuis viperam, vel scorpionem,*  
Alic



illo illum excutis, ne te mordeat, & venenum cordis inuadat penetralia, manibus tuis carbonem quis iuicet ignitum, ac quam festinè illum deiecit, ne te comburat? Talem esse conuenit optimum iudicem: si sic agat, leuis ambulabit, excelsus & sublimis, nec est quod illum remoretur. *In excelsis habitabit.* Et lapidibus se gaudebit in sui defensionem vndequeque esse circumiectum: hoc est, habebit dnrum pro latrone seu fure flagellum, laqueum pro homicida, exilium pro scandaloso, nihil magis in eo efficitur quam in petra.

III. Verumtamen nota verbum quo sacer vtitur Euangelista, quod ascendens Christus in templum *Inuenit* quod significat proprie aliquid inuenire, quod nec quærebatur, nec de quo quidem cogitabas. Ita D. Matthæus ait quod de pontifata D. Virgine cum Ioseph: *Inuenta est habens*

*Mat. 1. 18. in utero.* Eo tempore inuenta est, quod minus de hoc Ioseph cogitabat, & quando tale quid non poterat imaginari, occurrit illi Virgo prægnans seu habens in utero. Similiter Saluator noster eodem vtitur verbo in parabola eius, qui fodiens in agro thesaurum offendit: *Quem quæ inuenit*

*Matth. 13. 44.* Non enim videtur aliquid præter intentionem eius, qui in agro laborat, magis accidere quam si thesaurum inueniat. Ita pariter Deus loquitur, *Inuenitis sum à non querentibus me.* Et voluit Euangelista ea loquendi phrasibus insinuarè, primo: quod tantum aberat à Christo vt tantam in tali loco pollutionem imaginaretur, quantum abest ille, qui in sterili incultaque campo fodit, vt ibidem thesaurum effodiat inestimabilem, & quantum abest Ioseph sanctissimus, vt cognaret sponsam suam, quam virginem noverat, im prægnat: quia longe abesse debebat, non solum tantam exillere in templo immunditiam, sed nec animo illam concepi futuram, præsertim tali tempore.

IV. Meminit idem Euangelista D. Ioannes illius consuetudinibus, quæ tunc temporis vigebat inter Iudeos celebrandi Pascha, prouidentissime pariter & utilissimè: Faxit autem Deus nos ipsi illam seruare emus in celebrandis noctris festiuitatibus, quod aliquibus scilicet diebus ante Pascha templum ascenderent vt singularibus quibusdam ceremonijs, oratione, sanctisque operibus, quæ purificatorias, seu sanctificatorias dicebantur, sese præpararent. Proximum erat Pascha Iudeorum, & ascenderrant multi Hierosolymam de regione ante Pascha, vt sanctificarentur ipsi. Hoc dato, eum iam proximum esse Pascha, teste ipso Euangelista, quis crederet, quod ibidem inueniret, nisi

*Ieron. Bapt. de Lenzæ, Tom. 111.*

personas deuotas, orantes, suspirantes pijs suis implentes ceremonias, vt Pascha singulari pietate, spirituque celebrarent? Si nullo tempore talis in templo præsentia erat profanitas, quæ tanto minus in presenti? Et sic est inuener vos Quis imaginari potest, quod eo vique tua procedat malitia, vt in ipso festo sacrosiori ac celebriori, quod tibi ascendendum est in templum, vt te orationibus & sacramentorum perceptione sanctifices, tuam procurando salutem, ascendas vt dæmonis audaculis propriam peruertens animam, eiusque bona dilapidans? quis credat, quod vbi iuratur ad honorandum Deum, eò tu ingreditaris vt eum & irideas, & explodas: tale quid enim agis tuis gestibus, signis, motibusque leuioribus: Hoc est, *Inuenit*: iniquitatem inuenit, & immunditiam, vbi futuram illam nemo pijs suspicaretur.

Quantum colligo, illud Euangelistæ, *Inuenit in templo ementes, &c.* simile est illi Iob: *Reperit in Angeli prauitatem.* Quis tale quid opinetur? Creauit illos Deus ex natura sua formosos, at gratia formosiores, emi, cuius domus prædiuites, quibus splendidissimis monti rutilabant, omni lapide pretioso circumiecti. Hoc vates Ezechiel eorum vni exprobrauit: *Tu signaculum similitudinis, plenus sapientiæ & perfectus decore, &c.* Omnis lapis pretiosus operimentum tuum, sardius, topacius &c. Quando spes erat quod humili se ad Deum gratitudine conderteret creatorem, illi gratias pro tam eminentibus donis agentes, illos inuenit, temetipsa inflatos superbia, in dæmones conuersos, sibi fœdistragos ac rebelles; nec non eius appetentes similitudinem. Proh nefas! *Reperit in Angeli suis prauitatem*: & hoc est: *Inuenit in templo ementes, &c.* Statuit Deus templi vt in eo honoraretur, vtque ad id venirent homines dona sua recepturi. Quando spes est, quod in eo sis inueniendus intentus orationi, fabulis inuentis occupatis: quando par est vt inueniamus te à Deo veniam postulantem demissis cum Publicano in terram luminibus, in cuius te sublati fastuosum oculi, per ea que vana sunt & profana dilexerintem: & Deus vnus est ad quem nequiquam attendis. Quando decebat intelligere, quod dissolutos vitæ tuæ mores componeres, proponens certam de cætero correctionem: perditionis tuæ contractus moliris nefandissimos. Quis tale quid crederet?

Eadem ratione ipslemque verbis insinuat Euangelista, quod tam longè aberat Christus vt de eorum supplicio flagitique cogitaret, secū quanto

V. Magnum crimē, in templo peccatum inuenta.

Iob. 4. 18. VI. In Angelis Deus reperit prauitatem. Ezech. 28. 12.

VII. Christus secū quanto



gellū non atulerat.

1. Reg. 17. 40.

1. Reg. 17. 40.

Hier. 29.

11.

Tract. 10.

in Ioan.

461

1.

In Deo

est malū

genus.

quāto minus iustum videbatur, esse talem locum tot immunitijs violatum: si namque hoc prætenderet, secum adferret; quō profanatores castigaret: sicut David: qui cum in arenam deliceret Gigantem aggressurus: sibi prius consuluit, sumpsitque quinque lapides de torrente limpidissimos. *Elegit sibi quinque limpidissimos lapides de torrente.* Lapidēs inentioni admodum congruos: nec non Ad Regem Eglon aggressurus, se ipsum præmunivit, ancipitem cultum arripens sub habitu gerens occultum, intentioni valde consonum, quam meditabatur: *Fecit sibi gladium ancipitem, &c. Et a cinis est eo subter sagum, in dextro femore.* Non accessit eo Christus prætenuus, nec quidquam quō reos puniret secum detulit, sed illud sumpsit. quod casu sortuito illi incidit in manus, reites seu funiculos, quib. s. illi ipsi boues, vitulos & animalia ligata conduxerant. Illique accidit, quod & vobis, qui pacifici domum revertimini, quam ingressi flagitium offenditis, qui filiaz vestrae, vel vxori manus inijciat violentas, qui tanto scelere non parum commoti toti animo excalescentes, manibus id primum arripitis quod ibidem occurrit: tantam punitioni impudentiam Nullas animo voluit Deus cogitationes (inquit D. Aug.) castigandi, flagellandi aut condemnandi quempiam, sed cogitationes eius, misericordie sunt pacificae cogitationes. *Et cogito cogitationes pacis, & non afflictionis,* asserit ore Hieremix: quocirca ille ex se non habet quō te puniat, sed illo ipso quod eius tradis manibus, puniris.

§. 16. Fecit quasi flagellum de funiculis. De funiculis eorum fecit flagellum in eorum supplicium, & de funiculis nostrorum criminum, in nostrum: sicut in monte diuisonum & valle Gabaa.

Conceptus hic est valde communis & obuius, quem altero die tractauimus, at not minus consideratione dignus, quō Dei bonitatem nostramque malitiam agnoscimus. Nihil est in S. Theologia magis ritum, ac in S. scriptura sæpius repetitum, quā intelligere, quōd Deus in natura sua, atque in seipso non habeat quo castiget, instigatque poenam: etenim hæc instigatur, aduersitatibus, fame, peste, paupertate, doloribus, infirmitatibus, similibusque calamitatibus, quarum nullam Deus in se habet, nec habere potest: malum etenim aliud non est, quā priuatio boni, nec malum vllum

esse potest, nisi alicuius boni defectu. Hic autem nullatenus locum in Deo habet, qui bonum est adeo infinitum, vt in se ipso omnia comprehendat bona, nullo excepto: ita vt si scire desideres, quis sit Deus, iam ipse dixit. *Omne bonum in cœna non inuenitur, nisi vbi defectus est gaudij, & voluptatis: hic esse non potest in Deo, qui in se pelagus gloriæ gaudijque includit infinitum, quo intrare neq. est, omne illud, quod illam gloriam aut minuat, aut tollat. Hoc tu perpende, hoc attentè considera, & in Deo nihil inuenies, quōd non sit gloria, diuitiæ, gaudium, vita, voluptas, læticia.* Quinimo hinc est, quōd in illo statu beatitudinis, ingressum non habeat malum aliquod, quōd affligat, nec quidquam quod dolorem poenæque adferat, vel minuat. *Non erit amplius, neque luctus, neque clamor, neque dolor &c. Non intrabit in eam aliquod coinquinatum.* Quæ ratio? quia ibidem beati Deum plenè possident, & hoc ipso gaudio perfruuntur Deus est ita perfectio, bonoque adeo infinito, vt vbi se per omne bonè secte committat, esse non possit poenā, malumque aliquod, sicut nec habere possunt alicuius boni priuationem, cum illum possideant, qui in seipso continet omne bonum.

Hinc sequitur quōd Deus ac Dominus noster nihil in se habeat, quo puniat, instigatque poenā, sed vt illam instigat, necesse est, vt alicui quod extra se est, manum inijciat siue fami, siue morti, siue pesti, siue bello, siue persecutoribus, siue inimicis. Vidit illum Haisas (nostro loquamur idiomate) nouaculam quarentem conductā: quis mihi nouaculam elocabit? Domine, ad quid? capillos, barbamque radere populi cuiusdam intendo. *Rades Dominus in nouacula conducta, in is qui trans flumen sunt, in Rege Assyriorum, caput capillos pedum, & barbam uniuersam.* Ea tempestate nihil viro celebratur ignominiosius, nihil contempribilius, quā si capilli capitis barbæque illi raderentur, vt diximus alibi multo magis quā modo si quis alicui faciem genasque cultro profcinderet: signum quippe erat miserandæ laceratus; innuit ergo propheta, quōd Dominus animo suo vos punire proposuerit, vos seruos reddens infames ac viles, vt compedes, famem, verbera, vincula, carceres que patiamini. Quomodo autem hoc Deus efficiet, si non habeat quo poenam instigat? *In nouacula conducta.* Hoc est Regem assuet Assyriorum ferocissimum ac crudelissimum, milites copiasque eius, catenas & ergastula. *In Rege Assyriorum.* Hunc appellat, nouaculā: primò: quia nouacula limata vimco tractu detradi, aufertque omnes capitis barbæque pilos.

III.

Deus no-

uaculam

conduci-

1. Jo. 7. 20.

Tract. 7.

N. 212.

Sequent.

47

IV.

Cite Re

Assyriotū

dicatur

nouacula

jos.